



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

§. III. Mea Mens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)

non sunt, consequenter inest Episcopis obligatio, & jus convocandi omnes ad examen, et si cum aliquibus habitis constanti fama ut idoneis, discretè dispensare possit, ne examinentur: quare qui Episcopis presentari nolunt, ne novum subeant examen, satis indicant se ratione scientiæ posse esse idoneos; non tamen esse ratione morum, cum tam patenter resistant juri, quod Episcopus habet in illos. Præclare S. Bonav. tom. 1. in Psalt. cap. 5. v. 11. quod veritas mentem tumentem humiliat: ergo hi docti Confessores examen sue sapientiæ renuentes, nisi mentis tumorem humili ad edictum Episcopale obedientiam excutiant, indicant sapientiam suam non esse veram.

S. Bonav. vult.

N.

126.

Duran.

Palud.

Capreo.

M. Can.

P. Ami.

Neuff.

Frances.

S. Bonav.

vult.

Diana.

Libertas vestiendi damnata de mortali ab Innoc.

XI. & deobligatio a jejuniis in vescentibus carne a Clemente XI. ibid.

Non omne alicubi licitum, est ubique licitum, ibid. & n. 135.

Corfica Incole prout in vindictis transversales, n. 132.

Casus rarus, n. 133.

Episcopus potest a Confessariis petere juramentum, n. 134.

Satis pro juramento gravis necessitas, ibid.

Falsa remedia sunt veris periculis graviora, ibid.

Dico, quod Episcopus opinionem, re-
tentis iisdem omnibus circumstantiis, 127.
alibi apud notorios T. T. certò probabilem, nequeat in sua Diocesi declarare, & vetare, ut improbabilem. Quod si circumstantiæ in sua Diocesi mutantur, ita ut non tantum suorum, sed etiam aliorum Doctorum unanimi judicio censeatur incertò probabilis, tunc Episcopus poterit, quin debeat, notare, & vetare suo fallibili judicio ut improbabilem. Immo poterit juramentum à Confessariis exigere, si aliud suavius medium, quo utendum prius esset, inutile fuerit expertum.

Prima pars constat ex omnibus adductis N. pro licito usu cuiusque certò probabilis, si-
ve propriæ, ut latè ostendam disp. 11. five alienæ, disp. 12. ergo si opinio maneat in sua Diocesi certò probabilis, Episcopus eam vetare nequit.

Secunda pars probatur: quia opinio potest, N. mutata, vel una tantum circumstantia loci, 129. aut personæ, de certò probabili transire in certò improbabilem, ut patet ex n. 122. ergo si in aliqua Diocesi transeat in certò improbabilem, potest, immò debet Episcopus eam suo fallibili judicio vetare, & declarare improbabilem. Consequentia constat ex dignitate Episcopali, quæ infra Papam est ex summis, & longè excedit Theologorum, immò Prælatorum Regularium, & Vniversitatum auctoritatem: ergo si his inest potestas, vel purè prudentialis, vel mixta jurisdictione, declarandi, & vetandi aliquam opinionem ut certò improbabilem, longè magis totum hoc inest Episcopis, quorum vigilantia in ordine ad avertendam à suo grege perniciosam doctrinam, est longè stricior, ut patet ex Apost. ad Titum cap. 1. cui incumbit onus exhortandi doctrinam sanam, & contradicentes redarguere.

Confirmo 1. Confessor, ut dicam disp. 12. N. nequit juxta plerosque T. T. absolvere peccantem, si hujus opinionem non tantum
judicet

§. III.

Mea Mens.

SUMMARIUM.

Si Episcopus cum omnibus fere suis, aut alijs T. T. aliquam opinionem judicet certò in sua Diocesi improbabilem, potest eam vetare, quin potest a Confessariis petere juramentum, ne eam præstent, si media suavia expertus sit inutilia, n. 127.

Episcoporum auctoritas infra Papam maxima, n. 129.

Episcopus nequit approbare quoad certò improbabiles, n. 130.

Confessario nequit ea opinio apparere probabilis, nisi ex errore, n. 131.

judicet falsam, sed certò improbabilem, etsi iudicio poenitentis foret probabilior. Cur autem, nisi quia Confessor nequit formare iudicium prudens, non tantum de veritate, sed nec de probabilitate aliena? Ergo Episcopus nequit saeculares, aut Regulares approbare, ut idoneos, & permittere, aut dare illis absolvendi facultatem in ordine ad opiniones iudicatas unanimi gravium TT. voto in sua Diocesi ut certò improbabiles: ergo tantum abest, ut negare nequeat, quin debet, siue jurisdictionem, (si hæc in Sacerdote saeculari est ab Episcopo) siue jurisdictionis permissionem (si jurisdictionis in Regulari est a Papâ) negare, nec non etiam approbationem in ordine ad opiniones, quas præmissis gravi examine iudicat in sua Diocesi certò improbabiles.

N.
131.

Nec satis est dicere, quod Confessor putare possit eam opinionem certò probabilem. Contra enim est, quia sumus extra casum; nam ex præmissis fere unanimi TT. examine supponitur eâ in Diocesi certò improbabilem. Vel ergo Confessor ille convocatus fuit ad opinionis examen, vel non? Si non, iudicium erit esse ex numero eorum, qui in oculis suis sapientes sunt; si enim sapiens foret, omisus non fuisset. Si vocatus fuit, cur sapientiâ suâ alios in suam opinionem non deduxit? 2. Quia do, quod ea opinio illi Confessori foret revera certò probabilis, attamen suppositâ expressâ Episcopi conditione de non approbando, nisi opinionis praxi renuntiet, ille Confessor nequit, nisi invalidè, absolvere, quia non approbatus. 3. Hoc pacto eludetur omnis lex, plura enim ante legem latam licent, quæ lege non latâ non licent: ergo licet ea opinio ut divisâ ab Episcopi declaratione, aut præcepto esset in tali Diocesi certò probabilis, utroque tamen admissis, nequit iudicari certò probabilis. Numquid quia in Romanâ ditione liber ornandi se feminas modus ante edictum Innoc. XI. erat aliquibus certò probabiliter licitus, licitus ibidem erit post tale edictum? Similiter numquid quia deobligatio à jejunio in licitè carnem edentibus supponebatur à plerisque licita, erit Romæ post edictum Clementis hodie regnantis licita? Numquid quia Confessarius Germanus innocenti suæ Regionis educationi nixus iudicat licere inter se visitantes mutua benevolentia oscula, Lusitaniam accedens iudicare poterit ea oscula licere? Constat ergo, quod aliquid alibi, ex. gr. in Germania, & Belgio, certò licitum, possit, comparatum ad diversum diversæ regionis educandi modum, esse certò illicitum. Demum numquid Thomistæ juranti se om-

Innoc.
XI.

Clem.
XI.

nem D. Th. opinionem secuturum, licebit sequi oppositam Divi Bonaventuræ, etsi certò probabilem? Constat ergo, quod aliquid uni licitum, non sit omnibus licitum, & quod alicubi certò probabile, non sit ubique certò tale.

Confirmo 2. experienciâ mihi palpabili. N. 132. Ante 40. annos pro laudabili Societ. instituto, experimentum de suis fumendi in Corsicâ Regnum Missionarius destinatus fui. Flagrant ibi implacabiles inimicitia, difficillimâ curationis, quia ad quartum, tam occisi, quam occidentis, consanguinitatis gradum se transfundunt: mos enim est earum gentium, ut quilibet inclusivè ad quartum occisi consanguineus, vindictam sumat de quolibet occisoris intra quartum gradum consanguineo, nisi pax inita inter inimicos per publicum Tabellionem constiterit. Accidit, ut vulneratum ad mortem hominem inviserem, in quem dira laniena à Chirurgis exercita. Etenim, ut curationi locus esset, putridum semibrachium resectum, post triduum residua pars brachij quoque resecta; quod cum satis non esset, integra axilla ab humero abscessa, eaque cum putrido brachio terræ demandata. Jacebat hoc in foetentissimo statu semisepultus moribundus, cique, ut potui, quidquid ad condonationem injuriæ conferre poterat, intillavi. Restitit plurimū, etsi posteros diebus in hoc venerit, quod occisor ex corde condonabat, & revocabat falsissima, quæ pro more gentis contra omnes occisores intra quartum gradum consanguineos elevaverat testimonia; ut pote quod occisor non esset nisi imberbis quindecim annorum, nemine sui sanguinis conscio.

Quis non falsâ imposturâ revocationem, N. 133. & repetitam injuriæ condonationem non arbitraretur prudentissimè sufficere ad meritum absolutionis? Mihi tamen morum gentis conscio neutiquam satis fuit: etenim, ut possem absolvere, institi, ut scripto Tabellionis pacem firmaret, ne pro more gentis, ejus consanguinei, de quolibet occisoris intra quartum gradum consanguineo, vindictam sumerent: similiter ne fictâ pace, pro dendo omnibus se condonare, (non tamen per Tabellionem) ut posset in loco sacro humari, se deciperet. Renuit. Renui & ego, & sine absolutione semisepultum (qui paucos post dies suum postremum conclusit) dimisi. Cur autem, nisi quia opinio ubique certa, quod necessaria non sit pax Tabellionis scripto exarata, ut vulneratus absolvi possit, expertus sum eo in Regno alijs moribus assueto, non esse probabilem? Tum quia occisus moritur cum gaudio vindictæ à suis

fuis confanguineis indubitanter, regulariter loquendo, iumendæ, eo quia condonatio iuridicæ non confitat; & repetita sine scripto condonatio purè est, ut loco sacro humari possit. Tum quia lege charitatis in Deum, & proximum tenetur, cum tam facile possit, avertere tot cõtra Deum peccata; & tot contra homines mala in confanguineos occisoris patranda. En opinio prout ubique certa negans ad absolutionem necessariam esse iuridicam pacem, nec satis ex corde declarata, ob inveteratum Corsicæ morem in vindictas certò probabilis. Si ergo talis est, cur ab Illust. Corsicæ Episcopo vetari non poterit, ita ut nemo graviter vulneratus absolvi queat, nisi pacem Tabellionis calamo exaret, si tempus sit?

N. 134 Tertia pars, quòd Episcopus iudicans cum suis T.T. opinionem in hac Diocesi improbabilem, debeat declarare improbabilem, immò petere possit iuramentum à Confessore saltem, de quo prudenter timet non paritutum, nam si plures sint, ea opinio non erit apud omnes Diocesis T.T. certò improbabilis) ne sub ea opinione absolvat. Confitat mihi 1. Quia Prælati Regulares possunt exigere iuramentum de sequendâ semper D. Thomæ opinione, & de non sequendâ oppositâ, etsi certò probabili: ergo multò magis Episcopus à Confessarijs, ne opinio certò in sua Diocesi improbabilis practiceretur. Si enim honestè à Thomistis exigitur iuramentum pro S. Thomæ doctrinâ iustitendâ, honestè à Scotistis pro Scoti doctrinâ, etsi utraque utriusque Doctoris opinio censetur ab utriusque T.T. sæpe certò probabilis, multò magis Episcopus stans inter duas, non certò probabiles, sed unam certò probabilem, aliam certò in hac Diocesi improbabilem, iuramentum exigere poterit. Confitat 2. ex Prælati Religiosis, qui sæpe sub præcepto vetant aliquas opiniones, ita ut ne quidem liceat probabiles dicere, ut in Soc. circa parvitatem in re venerâ, immò aliquando opiniones philosophicæ, purè speculativæ, quia indirectè conducunt ad errores, vel circa fidem, vel naturales, vetari possunt, quales sunt opiniones negantes materiam, & formam, & accidentia, atomorum corpusculis contentæ, quanto magis ab Episcopo opinio certò improbabilis animarum perniciem promovens? Confitat 3. quia ad iuramenti licentiam satis necessitas gravis, sed nulla gravior eâ, quam Episcopo se offert in sua Diocesi: ergo toto nisu, præadhibitis prius omnibus suavioribus medijs, conari debet, & nisi aliter possit, etiam iuramento petito, avertere, & radicitus evel-

lere probabilitatem, & practicabilitatē opinionis certò improbabilis. Semper tamen in hoc summâ prudentiâ procedendum, & minori strepitu, quem decet Virum Episcopum, ne in Episcopum quadret celebre Innocent. III. dictum de Celebrat. Miss. Falsa sunt abijcenda remedia, quæ veris sunt graviora periculis; quale sine dubio esset, si declararet ut certò improbabilem, quæ plerisque T.T. suæ Diocesis iudicaretur certò probabiles; etsi peteret iuramentum, ne ea practiceretur.

§. IV.

Solve argumenta.

S U M M A R I U M.

Probabile non fit improbabile stante probabilitate, sed dimissâ, n. 136.

Cur Urbanus II. vetuerit iuramentum de Ordinandorum idoneitate, n. 137.

Maiores in Confessarijs necessaria idoneitas, ibid.

Divus Bonav. monet Confessarios, ne à penitentibus iuramentum emendationis petant, ibid.

Episcopus potest iuramentum à Confessarijs petere, ne talem opinionem sequantur, ibid.

Soli Papa convenit infallibilis declaratio improbabilitatis; reliquis fallibilis, n. 138.

Ad conscientia securitatem, aut probabilitatem opinionis, non satis, ut adsint Authores, n. 139.

Sola certò probabilis licet, & quæ sit talis, ibid.

Contra certum nil datur probabile, ibid.

Ne quidem Cathedralium Moderatores queunt aliquam tueri opinionem, nisi illis sit certò probabiles, ibid.

Papa regulariter damnant opiniones universales, n. 140.

Confessor iudicans penitentis opinionem certò improbabilem, nequit eam absolvere, ibid.

Theologi adulatores rejiciendi, & qui sequendi, n. 141.

Dictum D. Bernardi, quia non clamavit, ibid.

Elogia Episcoporum ex jure Canonico, ibid.

AD 1. concessio anteced. distinguo con-
sequens: opinio in genere supponitur
certò probabilis, concedo; in tali Diocesi,
nego consequi. Ratio est: quia non tenet il-
latio, hoc est in genere certò probabile: ergo
est ubique, & huic personæ certò probabile:
non enim Germania est Lusitania, nec una
persona est alia persona; nec alia Diocesis est
hac Diocesis: ergo nil mirum, quòd mu-
tatis circumstantijs mutetur certa opinionis
probabilitas. Recole dicta n. 122.

Dices me mutare quæstionem; quæstio N.
enim est, An Episcopus declarare possit im-
probabilem, quæ est certò probabilis, & ve-
tare